LAcedemonia fuit licaonice vrbs que est ꝓuicia in achaya siue peloponneso a lacedemone Jouis fi-
lio ex Taygeta condita. A qua ipa grecia regio nomē accepit. Hec eadē alio nomie etiā sparta dicta
fuit. Herodotus tamē Spartaꝫ vrbē fuisse et lacedemoniā regionē In qua illa consisteret memorat
In differenter tamē ꝓ alterutra. tam ab illo ꝙ ab alijs auctoribus legit᷑. Sed quaꝫ ob causam sparta dicta
fuerit Justinus tercio epithomatū suoꝝ libro exponit. Spartanoꝝ genus hac tempestate scilicet quīquage-
simo regni Ozie anno Alcumene lacedemonioꝝ rege mortuo. Eorūqꝫ regno consumpto principiuꝫ habuit
Et cicero in scdo de tusculanis questiōibus retulit Spartanis virginibus magis palestra: puluis venaticus
laboꝛ ⁊ militia in studio est ꝙ fertilitas filioꝝ. Unde ⁊ varium habitū ab alijs ferre cōsueuerāt dicente vir-
gilio. virginis os habitūqꝫ gerēs ⁊ virginis arma spartane. Primus aūt lacedemonioꝝ rex fuit Euristeus
quidā nomie patria grecus. Anno a natiuitate Abrahe octauo supra nonagesimū. Is lacedemonijs primū
regnare cepit. Agesilaus aūt sextus lacedemonioꝝ rex vir immortalitate merito dignus fuit ab hercule ori-
ginem ducēs. In iuuenili etate regnū adeptus fuit. semp fidei obseruatoꝛ. Lycurgus quoqꝫ lacedemoniorū
princeps ⁊ legū latoꝛ vir plane clarissimus. et inter philosophos admirandꝰ. Inclitꝰ in precio habitus est.
Hic lacedemonijs legē tulit. de quo plutarcꝰ valeriꝰ ⁊ iustinꝰ ⁊ aristoteles in pollitiicis mlta scripsere.

## Lacedemonia



Mercurius



ISte mercurius multaꝝ artiū peritus fuit. quas hoībus tradēs deus credebatur.
Primū aūt deoꝝ nunciū seu interpretē fuisse oēs poete describūt. Dictusqꝫ ē deꝰ
facūdie. mercatoꝝ palestra. furū nūcius. et interpres deoꝝ. Ipe etiā lyraꝫ septicordem
comperit. Hic in omī doctrine genere et ꝙ maxie phisice edoctꝰ fuit. vt dicat᷑ eum sua
virga et herbis tm̄ mortuos suscitasse. Un̄ ⁊ post mortē inter deos relatꝰ ⁊ stellificatꝰ
est. Et ab eo stella Mercurij nomen accepit. Ea preesse facundie ⁊ eloquentie vt pluri
mum consueuisse dicitur.

Bachꝰ



ISte Bachꝰ primꝰ ī grecia vinū īuenit et ꝓ deo cultꝰ est. q̄ dictꝰ est liber pr̄ et ar-
gos cōdidit. Ipe est dyonisius bachꝰ filius Semele inde in mōo pagrās simul
modo domesticis regiōibus vinū ꝓbuit. potūqꝫ ex ordeo germanos conficere docuit
Secutusqꝫ est eum Silenus illius nutritoꝛ.

Omagirꝰ



ISte Omagirus primꝰ ad ara
trum boues iunxit.

## Amazones



HEe sūt mlieres Scythice iux
ta fluuiū Thanayin habitan
tes ferocissime. q̄ assumētes arma
p centū ānos seuissima bella ꝯfece
runt tā in Asia ꝙ ī Europa. mltas
vrbes delēdo ⁊ magnā asie ptē sbe
gerūt. Hac ꝗ etate Amazones cuꝫ
ī asia regnbāt In p̄mis marsepia et
lampedo q̄ ephesuꝫ Deīn smyrnā
et alias ciuitates ꝯdiderūt Exinde
anthiopa. ⁊ ypolite pꝰ hāc orethia
post illaꝫ panthasilea. Hāc occidit
pirrus filꝰ achillis apud troyaꝫ.